1529. E 21. Xbris

Petrus Tomicius Episcopus Cracoviensis Vice Cancellarius Canonicus Cracovien.

177

Venerabiles Domini Fratres in Christo Charissimi. Credimus iam vos intellexisse ex literis meis et fama ipsa, quod Serenissimus filius Maiestatis Regiae sit in Regem futurum declaratus et Electus, nunc rursus vos scire volumus decretum hoc publice esse in Senatu ut pro magnitudine negotii et honore ac dignitate Maiestatis Regiae mittantur hinc ad Maiestatem Regalem et Illustrissimum Principem, Ex Senatu Episcopi duo, Palatini duo et Castellani sex. Nuncij vero terrestres aliquot, qui simul et Maiestatem Regalem de hoc certiorem faciant et Serenissimum Principem ad suscipienda Regni Gubernacula solemniter invitent. Nomina autem Oratorum sunt ista Dominus Episcopus Plocensis, Dominus Episcopus Premysl: Dominus Palatinus Sandomiriensis Dominus Palatinus Calissiensis.

Ceteraque isti agent praenominati Oratores, ex Domino Episcopo Plocensi coram

istis

istis intelligetis proquo volumus ut domum Nostram in platea Canonicali sitam mundari et apparari faciatis, nam in ea illum receptum et hospicium habere volumus, bene valeatis et istis felices pro nobisque Deum et ipsi oratis et ab aliis orari faciatis.

Dat. Piotrcoviae vigesima prima Decembris die Sancti Thomae Apostoli Anno Domini Millesimo quingentesimo vigesimo nono.